

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Samuelis De Cocceji, Henr. Fil. Sacræ Regiæ Majestatis
Borussicæ Magni Cancellarii, A Consiliis Sanctioribus
Status Et Rei Bellicæ, Ordinis Nigræ Aquilæ Equitis Etc.
Jus Civile Controversum Ubi ...**

Opus Ad Illustrationem Compendii Lauterbachiani ...

Cocceji, Samuel von

Lipsiæ, 1766

LIB. XVIII. TIT. III. De Lege Commissoria.

urn:nbn:de:gbv:45:1-9044

Qv. XII. *An existente conditione suspensiva emtor retro a tempore contractus dominium, fructus, & commoda acquisivisse videatur?*

NEGATUR: Nam hoc ex primis principiis juris notum est, onera & commoda ex contractu imperfecto non transire: Et cum certum sit periculum nullum esse emtoris pendente conditione, nedum ad eum pertinere poterit commodum: Accedit quod re pendente conditione translata fructus tanquam indebiti condici possunt, *d. q. 28.* quod falsum esset, si medio tempore jus aliquod ipsi esset quaesitum.

Laut. pag. 319. verb. ita ut emtor &c.

OBJ. Quod conditio retrotrahatur ad momentum quo contractum est: *L. 26. Stip. serv.*

RESP. Ad eum effectum, ut retro obligatio contracta videatur, & ex eo tempore contractus valeat, non vero ut dominus factus videatur, indeque vel periculum, vel commodum ad eum pertineat.

LIB. XVIII. TIT. III.

DE

LEGE COMMISSORIA.

Qv. I. *Unde dicta sit lex commissoria?*

RESP. Novam ejus originem ex doctrina *B. Parentis* demonstravi supra ad *tit. de pign. act. q. 7.*

Laut. pag. 320. verb. Lex commissoria &c.

Qv. II. *An lex commissoria emtioni accedere possit jure permittente & approbante?*

AFFIRM. *L. 13. §. 26. act. Emt.*

OBJ. *L. 38. min. ibi: quia lex commissoria displicebat ei.*

Laut. ibid. verb. Sed jure permittente &c.

RESP. Displicet Imperatori: (1) in casu, ubi in praedictum pupilli erat adjecta. (2) Displicet quoque tanquam odiosa, non tanquam injusta, *L. 4. in pr. L. comm.* Unde (3) ea non declaratur nulla, quod fieri debuisset si improbata fuisset, sed datur restitutio in integrum ob pupillarem aetatem.

Qv.



Qv. III. *An lex commissoria obtineat, si emtor existente tempore solutionis praesinito pretium obtulit, postea vero in mora sit?*

Laut. pag. 321. verb. (3) Atque per emtorem &c. **N**EGATUR: Sed tum habetur pro soluto, ad eum effectum, ne amplius res ex hac lege, et si emtor postea in mora sit, committi possit. *L. f. L. 4. §. f. h.* Idem est si per venditorem stet, quo minus emtor pretium ei offerre possit, si forte latitet, aut abiens sit; hoc casu statim cessat lex commissoria, et si emtor non obtulerit. *d. l. 4. §. f. L. f. §. 1. de Resc. vend. L. fin. h.* nisi postea sit occasio offerendi.

OBSTAT *L. 23. ff. Obl. & Act.* Ubi ille, qui priorem moram purgavit, si denuo moram committit, tenetur ad poenam in stipulationem deductam, ibi: *si interpellatus* (interpellatione autem renunciatum videtur legi commissoriae *L. p. h.*) *ipse moram fecerit, an quamvis pecuniam postea offerat, nihilominus poena committatur? Et hoc rectius dicitur:* Adeoque emtor post interpellationem, nedum ergo post oblationem, moram committens ex lege commissoria teneri videtur.

RESP. Non agitur ibi de lege commissoria, nec dicitur, quod si ab ea semel recessum sit, venditor ad eam redire possit, hoc enim fieri non posse traditur in *l. pen. h.* Sed agitur ibi de poena morae, quae ex pacto debetur: Et si ergo semel mora purgata indeque poena remissa sit, si tamen denuo moram committas, adhuc illa propter novam moram peti potest.

Atque ita in Facultate Viadrina anno 1692. d. 25. Mart. pronunciatum est in causa *Bensgen contra Bensgen.*

Qv. IV. *An existente emtionis commissoriae conditione emtor fructus interim perceptos restituere teneatur, etiamsi de hoc nihil conventum sit?*

Laut. pag. 321. verb. Hinc emtor &c. **A**FFIRM. Quia sub conditione tota emtio resolvitur; *L. 1. h.* adeoque fructus sine causa penes emtorem essent: Hinc in *L. 5. h.* dicitur venditori de his iudicium in emtorem dandum esse, quia nihil penes eum residere oporteret ex re in qua fidem sefellisset.

OBJ. *L. 6. §. 1. contr. emt. ibi: ut si fructus ex eo perceperit &c. restituerentur. & ibi: non ut omnis obligatio emti & venditi utrinque solveretur.*

RESP.



RESP. Pactum in casu ibi proposito adjectum erat etiam de fructibus, non tamen id necessario actum esse debet: Quod autem non tota obligatio tollatur, verum est a parte venditoris, at a parte emtoris semper tota resolvitur, idque ex natura commissi.

Qv. V. *An conditione emtionis commissoriae existente venditor ipso jure sine rei traditione dominium recipiat?*

AFFIRM. Quia expresso pacto in hunc casum sibi reservat dominium, neque hactenus illud transfuit; unde vindicare rem venditam potest a quocunque possessore. *Laut. ibid. verb. venditor ipso jure &c.*

Obj. *L. 20. C. Pact.* Ubi dicitur non nudis pactis rerum dominia transferri. Conf. *L. 3. §. 1. V. O.*

RESP. Nec hic nudo pacto transfertur, quia emtori in hunc casum nunquam concessum est; & sic nec recipit vi pacti, sed vi juris, quod sibi reservavit: Adeoque pacto transferri dominium nequit, sed pacto quis illud sibi reservare potest.

Qv. VI. *An emtor, re ex hac lege commissa, pretium offerendo invito venditore moram purgare possit?*

NEGATUR: Quia ipso jure tollitur emtio: Sed hoc (1) verum est, si certus dies praefinitus est. *Laut. pag. 321. pr.* alias enim usque ad interpellationem moram purgare potest. *Laut. ibid. lit. h. emtorem vero, re nam interpellatio idem operatur quod dies: Sed & (2) etsi certus dies sit praefixus, potest eo praeterlapso solvere, si per eum non stetit.* *Laut. pag. 322. verb. emtorem vero, re ex hac sup. q. 3.*

Et sic non OBSTANT textus *Pichardi* (1) in *L. 4. C. pact. int. emt. ibi: non potest &c.* Quia ibi venditor elegit pretium, & sic ultro recessit. (2) in *L. 38. de min. ibi: pronunciavit in integrum restituendam.*

RESP. Ratio additur, quia pupillae mora est.

At falsa est doctrina *Cujacii* apud *Laut. p. 322. in med. die non praefinito* usque ad litis contestationem moram purgari posse: Nam cum die adjecto id non possit, nec post interpellationem poterit, quia, ut ante dictum, interpellatio idem operatur quod dies. Textus

Cocc. J. C. P. L.

Qq q q q

vero



vero Cujacii in *L. 22. §. f. L. 22. f. de arb. l. 17. de const. pec. L. 84. l. 22. §. 2. V. O.* non loquuntur de negotio, quod die veniente ipso jure extinguitur, de quo hic sermo est.

Qv. VII. *An re commissa venditor agat rei vindicatione, etiam contra eum cui emtor pignoravit, vel vendidit?*

AFFIRM. Quia resolutio jure constituentis, resolvitur etiam jus constitutum; dominus ergo jure suo utitur, dum contra quemcumque possessorem agit.

Laut. pag. 322. verb. Contra quemcumque etiam cui &c.

OBJ. *L. 3. Quib. mod. pign. solv.*

RESP. Singulare est in venditione, quæ fit sub conditione si emtori displicuit, tunc enim medio tempore emtor pignus imponere rei potest ad effectum ut duret: Nam (1) dominus est. Neque (2) per hoc pactum restringitur dominium, sed tota res in ejus arbitrium ponitur: Adeoque (3) nec resolvitur dominium, quia hæc conditio non est resolutive.

Qv. VIII. *An emtori pretium non solventi competat actio ad arrham, quam dedit, vel partem pretii, si forte jam solvit, repetendam?*

NEGATUR: Sed utrumque retinet venditor ob fidem non servatam. *L. 4. §. 1. L. 6. pr. h.*

Laut. pag. 322. verb. Emtori nullae, etiamsi arrham &c.

OBJ. *L. 8. pr. ibi: Emtor pactus est ut arrham perderet. h. t. l. 1. C. pact. int. emt.*

RESP. Etiam pacta adjici possunt in superfluum de re quæ ipso jure debetur. Conf. *L. 56. pr. mand.*

Hanc dispositionem juris civilis duram putant Dd. eamque admodum restringunt, *Lauterbachius p. 323. pr.* At cum hæc poena sit perfidiae, indeque omni iniquitate careat, non video cur in praxi non sit observanda.

Atqui hodie omnes poenæ privatae cessant?

RESP. Hoc verum, ubi actione instituta ea petuntur, non vero si solutæ sunt.



DE

HÆREDITATE ET ACTIONE VENDITA.

Qv. I. Quomodo differt entio hæreditatis a caeteris emtionibus?

RESP. In eo solo, quod hic universitas veniat, sed titulo singulari: Hæreditas igitur non ut universitas petitur, sed singula ejus jura actione enti venditi petuntur.

Qv. II. An valeat entio hæreditatis incerti cujusdam hominis?

AFFIRM. v. g. hoc modo, quæcunque hæreditas mihi obventura est. Laut. pag. (1) Quia cessat votum captandæ mortis, cum mors incerti captari nequeat. (2) Quia de ea disponit quatenus delata est, adeoque de re futura, cui tacite inest conditio, si acquisita fuerit, vid. tit. pact. q. 34. incerti etc.

Exc. Si nomen illius tertii in fraudem legis supprimatur, tunc enim revera est de hæreditate certi, Struv. Ex. 38. th. 50.

Atque ita judicatum refert Carpz. p. 2. c. 35. def. 17.

Qv. III. An vendi possit hæreditas tertii, de quo constat?

NEGATUR. Quia omnes rationes, quæ pactum de hæreditate venditis prohibent, & d. q. 34. late recensitæ sunt, hic quoque ob- Laut. ibid. verb. certi etc. tinent. Quin & improbior videtur hæc mortis captatio de alienis rebus viventis & ignorantis pacisci. l. 29. §. f. donat. Atque ita judicatum refert Carpz. d. d. 17.

EXCEPTIONES vide d. q. 24. p. 230. quo etiam pertinet si consentiat. Vid. Laut. h.

Qv. IV. An hæreditas præsens vendi possit?

NEG. Vide late tit. pact. q. 34. pr. ubi novem exceptiones hujus re- Laut. pag. 324. verb. gularæ exposui. Ibid. p. 230. sq. Qv. præsens.

Q9999 2

